

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christoph Martin Burchard

**Programma, Qvo Rector Hodie Universitatis Rostochiensis Mart. Christoph.  
Burchardi, Medicinæ D. & P. P. O. ... Gloriam Resurrectionis Mediatoris, Sacram  
ac Venerabilem : Civibus Academicis explicare & ad Festos Dies religiose  
celebrandos pie, serio & officiose excitare voluit ac debuit**

Rostochii: Typis Joannis Jacobi Adleri, [1727?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877010471>

Druck    Freier  Zugang





T. 512.

1727. Ostern.

A-1256. 197.

Opus 174

# PROGRAMMA, RECTOR Hodie UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS **MART. CHRISTOPH. BURCHARDI,**

Medicinæ D. & P. P. O. Facultatis Decanus  
& Archiater Rostochiensis,



# GLORIA M RESURRECTIONIS MEDIATORIS,

Sacram ac Venerabilem  
**CIVIBUS ACADEMICIS**

explicare

& ad

Festos Dies religiose celebrandos

pie, serio & officiose

excitare voluit

ac debuit.

---

ROSTOCHII,

Typis JOANNIS JACOBI ADLERİ, SERENISS. PRINCIPIS  
& ACAD. Typographi.

M. 1256 197

**A**Ccumbens ille unus Discipulorum Ipsi⁹ in sinu  
Jesu, quem diligebat Jesus, JOANNES, veluti,  
quæ ad ΘΕΑΝΘΡΟΝ adtinent, secundum utram-  
que EJUS Naturam, fideliter ac Θεοντεύσως expli-  
cuit, ita peculiariter de GLORIA illa HUMA-  
NÆ NATURÆ in Christo, post victoriam Ipsi⁹ indulgen-  
da eaque vere Divina, tam solide docuit, ut, nisi quis ad-  
versus solem disputaret, in omnibus iis, quæ ad statum  
tam exinanitionis, quam exaltationis pertinere omni  
modo poterunt, se abunde convictum habiturus sit. VER-  
BUM namque VITÆ, *Quod ab initio erat, quod audiverant*  
*cum Ipso homines, quod viderant oculis suis, quod manus illorum*  
*palmaverant, & VITAM Ejus sic revelatam expertus est, ut*  
*omni cum fiducia testari potuerit & annunciare singulis VI-*  
*TAM ÆTERNAM, Quæ erat apud Patrem & manifestata est*  
*nobis. I. Joann. I. 1. sqq.; Et hinc in Evangelio suo Capite sta-*  
*tum I. v. 14. non modo docet, quod Verbum caro factum sit, sed*  
*& habitaverit inter nos & in nobis, nosque viderimus Gloriam*  
*Ipsi⁹, Gloriam sicut Unigeniti a Patre; Plenus etenim erat Gra-*  
*tia & veritate, & ex Plenitudine Ipsi⁹ nos omnes accepimus &*  
*Gratiam pro Gratia v. 16.* Interea dum omne istud, quod  
*ad unum Mediatorem DEI & hominum, Qui est HOMO JE-*  
*SUS CHRISTUS i. Tim. II. 5. referri propatio S. Codice de-*  
*bet, GLORIA sit illa, hinc conspicuum satis est, quod quidem*  
*Ejus gloria eadem illa sit, quæ est Secunda Deitatis Personæ, &*  
*quemadmodum illa quæ Secundam Deitatis Personam, sim-*  
*pliciter est invariabilis ac immutabilis, ita nunc ad illum re-*  
*spectum causa tota tendat; quomodo puta HUMA-*  
*NNA Christi Nature, in Unione Personalis indivisa conjunc-*  
*tione subsistens, hac Gloria frui potuerit? Certum itaque*  
*ac demonstratum omnino per Sanctam Revelationem esse*  
*arbitramur, quod in omnibus illis locis, ubi de Gloria &*  
*Glorificatione communicata, quicquam legitur, ad HUMA-*  
*NAM*

NAM NATURAM, in Unione Personalis perpetim subsistente, respectus utique sit; ibi siquidem omnibus constat, quod haec Humana Natura, in Hypostasin τὸ λόγον assumta in ipso Actu Unionis, unita sit cum secunda Deitatis Persona, & dum per ἐπίλευσιν Spiritus S. & εἰποκαταστός ex alto Virtutis SANCTUM Illud ex Maria natum, est quidem FILIUS DEI vere sic dictus, FILIUS porro ALTISSIMI, immo DEUS Ipse; DEUS οὐαὶ θεωρος enim noster non est tantum secundum Divinam Naturam & Essentialiter, sed & secundum Humanam Naturam & Personaliter, Carne nempe a Persona λόγος nunquam ac nullibi exclusa. Luc. I. 32. 38. Joann. I. 14. ad Coloss. II. 9. I. Tim. III. 16. Hinc quam vera fuerit *Humana Natura* in Hypostasin Secundæ Deitatis Personæ assumta, tam tamen mysteriosa circa Eandem obveniunt, ex quibus liquido demonstratur, quod οὐαὶ θεωρος noster fuerit HOMO SINE EXEMPLO, & si causam Ipsius Mysteriosissimæ Unionis recte perpendimus, quod denuo reperendum dicimus, tunc in ipsa Unione ejusdemque instantissima prærogativa, nil aliud colligi poterit, quam quod GLORIAM acceperit, & quidem illam, quæ revera fuit Unigeniti à Patre, in Ipso etenim inhabitare tunc cœpit OMNIS PLENTUDO DEITATIS σωματικῶς ad Coloss. II. 9. & quemadmodum plenitudo terræ Ps. XXVI. 1. Ps. L. 12. sunt omnes Creature ad terram pertinentes, ita τὸν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότητος exhibit omne istud, quicquid Divina Secundæ DEitatis Personæ Natura habet atque possidet, quod quidem habitare dicitur in *Humana Natura* σωματικῶς, ut eo ipso directissima relatio sit, ad HUMANAM Christi Naturam & Corpus Ejus vere animatum atque verum, confer Hebr. X. 5. Jacob. III. 7. Hinc igitur, cum non sola Subsistens Filii DEI, sed Ejus simul *Essentia & Natura* sit incarnata, Humana quoque Natura accepit admiranda hac Unione omnia illa, quæ Secundæ Deitatis Personæ competunt, & veluti haec Natura per & propter Unionem Personalem totum possidet λόγον, ita etiam Attributorum Ejus ne unum exipi poterit; hac demum.

X 2

disting-

distinctione, ut Attributa quidem *omnia* Divinæ Naturæ vere ac realissime possideat, illa tamen præcipue usurpet, quæ ad finem Unionis requiruntur, & hac ratione omnino docendum ac defendendum sit, quod HUMANA NATURA in Hypostasi FILII DEI possideat Infinitum ac Æternum DEum, & Attributa simul ad finem Unionis facientia, & contradictionem non inferentia beatissime usurpet: Non enim sola Operatio Divinæ Naturæ in Christo formam Unionis absolvit, sed tota potius Persona Humanam Naturam assumit, & Divina Natura Charactere Hypostatico insignita, communicata est Carni.

Quantum ergo ad ipsam UNIONEM spectat, tunc Humana Christi Natura eodem ipso momento, quo Divina Natura Se cum eadem univit Eandemque in Suam Hypostasin assumit, GLORIAM Unigeniti Filii DEI revera accepit, ut possideret, & usurparet Eandem. Interea cum ad Satisfactionem consummandam, & hominum loco luendum, requirebatur istiusmodi status & conditio Humanæ Naturæ in Christo, cuius facultate passiones ab Infinito & Indignante Trinuno Numine, in conciliandam Infinitam Ipsius Justitiam, infligendas pati & exsolvere posset, ea propter GLORIA illa, in ipsa Actu Unionis mysteriosissime collata, etiamsi quoad possessionem nulla contingere potuerit immutatio, quoad Usurpationem tamen, moderante causam Redemtionis Trinuno DEO, res eo dirigebatur, ut evacuaretur hoc uniformi ac universali exercitio communica-tæ Gloriæ ac Majestatis, Omnipræsentia item gloria, & ad tempus sic abstineret Eadem abs iisdem, ut servi abjetissimi statum, conditiones ac fata, fiducia quidem misere saepius agitata, sed nullibi inique delassata, turbata aut penitus sublata, invicta susciperet, & non modo cum hominibus assimilaretur quoad mores, casus & sortem, verum etiam expiante obedientia ad mortem usq; crucis, quin ad ultimum justitiae Divinæ rigorem, Unione Personalis & Divina

72

τὸς λόγῳ Natura elevata ac adjuta , meritorie perduraret , & sic quidem Satisfactione exactissima compensaret atque exsolveret , quicquid , omnium Gentium & singulorum hominum , remoto hoc Mediatorio Officio , irreconciliabilis iniquitas , coram justitia Trinunius Numinis , æternum promeruerat , nec exsolvere , vel ipsis infernalibus pœnis nunquam terminandis , valuerat .

Veruntamen , quam & hæc patiendi ac moriendi necessitas absolute fuerat requisita , ut potior etiam pars passionum , immo mortis ipsius non venerit abs hominibus , qui crudeli satis via adversus ipsum ad ipsam mortem usque furere voluerunt , sed potius ad indignantem *Trinum DEUM* , qui etiamsi nemo hominum in interitum Christi conspirasset , immediate agnum hunc immolasset & occidisset ; nihilominus tamen in *CHRISTO Mediatore nostro* , & in ipso infimo exinanitionis statu & servili forma constituto , pluries non adeo strictræ , quam plena luminaria gloriæ communicatæ , effulgere & coram oculis hominum sic radiare cœperunt ut eundem verum *Messiam* & Θεανθρωπον agnoscerent ac pie & religiosissime revererentur omnes . Inter hæc etiam in statu exinanitionis declarata **GLORIAE** divinæ documenta recensere jam non volumus , quod per Angelum **GABRIELEM** nativitas *Præcursoris* & *Ipsius MESSIAE ZACHARIAE* soleñius sit prædicta *Luc. I. 11. sqq.* aut *Ipsi MARIAE* abs Eodem Angelo conceptio Θεανθρωπæ & partus ejus mysteriosissimus , sit annuntiatus , *Luc. I. 31. sqq.* quod & **MARIA** , **ELISABETHA** , ac **ZAGARIAS** ad salvare hoc Israelis vera fide reslexerint & in eo fiducialiter acquieverint . *Luc. I. 39. sqq.* Nec in Nativitate Redemptoris contemti , & Cui locus in diversorio non erat , quique in præsepi jacuit , ad **GABRIELEM** Eundem ac *Consortes ejusdem reliquos* , multitudinem puta exercitus cœlestis ; aut pastorum pietate , qui festinantes venerunt , viderunt , & divulgarunt de verbo , quod dictum iis erat de puerò hoc , proli-

prolixius subsystemus, Vide. Luc. II, 8. sqq. Neque ad *purificationem* animus noster applicabitur, ubi SIMEON & HANNA confessi sunt Domino & locuti de ipso omnibus exspectantibus liberationem in Hierosolyma. Luc. II, 22. sqq. eodemque modo non acquiescemos in miraculosa liberatione qua occisis Bethlehemiticis liberis, in Aegyptum fugere indeque gloriose reduci voluit. Matth. II, 13. sqq. aut etiam velut duodecennis in Templo Patrem suum aeternum confessus est. Luc. II, 41. sqq.; sed ad illa potius convertemur, quae ad Jordanem vidiimus, ubi IESUS Noster testibus tribus Evangelistis, FILIUS DEI declaratus & a Spiritu S. sub specie columbae, secundum humanam suam naturam, divinis donis impletus fuit; Exinde siquidem a Spiritu S. in desertum deductus, temptationem diaboli gloriose superans, Angelorum servitia expertus est. Math. IV, 1. sqq., a Baptista JOHANNE SEXIES, ceu verus Messias declaratus, sibi met successive duodecim Apostolos & septuaginta Discipulos selegit. Joh. I, 15. sqq.: Quam etiam miraculosa sit Canae aquarum mutatio in vinum, ubi IESUS manifestavit suam gloriam. Joh. II, 1. quam stupenda postmodum in primo Paschatis Festo ejecatio eorum ex Templo, qui vendebant boves & oves & columbas, numulariorum itidem sedentium ibidem ad mensas suas & facientium domum PATRIS SUI, domum mercaturae. Joh. II, 13. sq. nec minus patratio signorum, ac miraculorum quam viderunt multi & crediderunt in Nomen ipsius, quos tamen cognovit omnes, quia non opus habuit, ut quis testaretur de homine, cum Ipse ceu Omniscius probe cognoscet, quid esset in homine. Ioh. II, 23. sqq. Tam &, si quis commercium JESU, quod intercessit Ipsi cum Nicodemo. Ioh. III, 1. sqq. & facta miraculosa post captivitatem Johannis, sanationem puta filii quam Aulus ille solo verbo Christi obtinuit. Joh. IV, 46. prædicatione ipsius in admirationem audientium vergentem. Luc. IV, 4. sqq. liberationem hominis, qui spiritu immundo erat blesus Marc. I, 23. sqq. binam restitutionem, qua so-

crum

crum Simonis febricitantem recreavit. Marc. I. 30. Math. VIII. 14. & tot porro per Paschata reliqua inter Judæos præcipue declarata admirabilia opera & stupenda Miracula probe consideraverit; is, GLORIAM Divinam in & per Ipsam HUMANAM NATURAM celeberrime assertam ac demonstratam, nisi blasphemus foret, non inficiabitur: Dum etenim obftupuerunt func temporis cum contingerent eadem, omnes, qui inaudita haec tenus talia audierunt ac vide-runt, super Magnificentia DEI. Luc. IX. 43, quid non nobis accideret, si cum Abrahamo DIEM hunc CHRISTI spiritualiter videmus & gavisi sumus, Joh. VIII. 56, aut cum Esaia videremus Gloriam Ipsijs, in illa abundantia, ut Ipse GLORIAM quam dederat illi Pater, dare potuerit Ministris suis. Joann. XVII. 22. Certe quicquid & rerum religiosius scrutapimur, in eo quidem Gloriam Divinam admirantes, experiemur Dominum Gloriæ crucifixum. I. Corinth. II. 8. Nec erit facile vel in ipsa ultima passione punctulum quoddam, ubi non Gloriosum Redemptoris discrimen & magis Gloriosam Victoriam reverebimur, ultro consentientes, non potuisse aliter Ecclesiam redimi aut acquiri, nisi per Proprium Sanguinem DEI, Act: XX. 28.

Qui & penetraverit sollicita discussione porro ad statum Exaltationis & Vivificationem, descensum ad inferos, Resurrectionem, Ascensionem ad Cœlos, Sessionem ad Dextram DEI, & omne Officium Christi Regium exquisiverit, is admirabitur resuscitatum ex mortuis per GLORIAM Patris Rom. VI. 4., & in hoc deliciabitur, quod consummationem acceperint Prophetica Verba: *De manu mortis seu inferni liberabo eos, ero peste tuæ ô mors, ero exitium tuum, ô inferne!* Hoseæ XIII. & lætus exclamabit: *DEO sit Gratia, Qui dedit nobis Victoriam per Dominum nostrum JESUM CHRISTUM!* I. Cor. XV. 57. Nunc etenim ad Dextram DEI elevatus, secundum hanc Humanam Naturam potestatem accepit parandi nobis mansiones eternas. Joann. XIV. 2. Confer

fer. Eph. IV. 10. ac quisunque vera fiducia GLORIAM  
hanc reveretur ac religiose suspicit, is flexis genibus ad  
Thronum Ipsius admotus, precari poterit:

Rex tremendæ Majestatis  
Qui salvando salvas gratis,  
Salva me Fons pietatis!  
Recordare JESU pie  
Ne me perdas illa die,  
Quod sum causa tuæ vizæ!  
Quærens me sedisti lassus,  
Redemisti cruce passus,  
Totus labor ne sit cassus,  
Juste Judex ultiōnis  
Donum fac remissionis  
Ante diem rationis!  
In gemisco vere reus,  
Culpa ruber vultus meus,  
Supplicanti parce DEus!


Qui Mariam absolvisti  
Et latronem audivisti,  
Mihi quoque spem dedisti:  
Preces meæ non sunt dignæ,  
Sed tu Bone fac benigne  
Ne perenni cremer igne!  
Inter oves locum præsta  
Et ab hædis me sequestra,  
Statuens me parte dextra!  
Confutatis maledicis  
Flammis acribus addicis,  
Voca me cum benedictis,  
Ut consors beatitatis  
Vivam cum justificatis  
In ævum æternitatis!

Hæc igitur vestra o CIVES optimi ac estimatissimi vera erit Gloria.  
Cedat puta, Vobis quod JESUS acquisivit, in Salutem vestram! gene-  
remini SPIRITU S. & exuatis veterem hominem. Pascha nostrum pro  
nobis oblatum est CHRISTUS, feriemur ergo non in fermento antique,  
neque in fermento malitia & improbitatis, sed in Azymis sinceritatis & veri-  
tatis. O si confortes eritis Regni Spiritualis, quæ Gloria omni fama  
major, omni laude melior, omni scientia innumerabilior omnique  
prærogativa excellentior, tunc Religio vestra vobis Assertoribus sta-  
bit, & vires spirituales ex Mediis salutiferis derivandæ, induent  
vos, ut fidem sollicite servetis, pietatique inviolabili puritate adhæ-  
reatis; neque necesse tunc vobis erit maria transfretare, longe iti-  
neris peregrinationem subire, montium excelsa descendere, pe-  
cuniam impendere, & huc aut illuc divagari; præsto namque & com-  
modis vestris aperta sunt TEMPLA, ibi ex ore MYSTARUM, qui  
DEO serviant, accipietis in abundantiam, quicquid animabus vestris  
proderit & fiducia vestra inde suscitata, arham dabit Resurre-  
ctionis vestrae æternum glorioſæ! Valete! & DEO  
Cultum sincerum ac sanctissimum  
præstate!

P. P. Sub Sigillo Rectoratus,  
Prima Paschatis Feria & ipsis Idibus Aprilis,  
Anno M. DCC. XXVII.

AB (O) BB.





erum Simonis febricitantem recreavit. Marc. I, 30. Math. VIII. 14. & tot porro per Paschata reliqua inter Judæos præcipue declarata admirabilia opera & stupenda Miracula probe consideraverit; is, GLORIAM Divinam in & per Ipsam HUMANAM NATURAM celeberrime assertam ac demonstratam, nisi blasphemus foret, non inficiabitur: Dum etenim obftupuerunt func temporis cum contingenterent eadem, omnes, qui inaudita haec tenus talia audierunt ac vide-  
 runt, super Magnificentia DEI. Luc. IX. 43, quid non nobis accideret, si cum Abrahamo DIEM hunc CHRISTI spiritualiter videmus & gavisi sumus, Joh. VII. 56, aut cum Esaia videremus Gloriam Ipsiū, in illa abundantia, ut Ipse GLORIAM quam dederat illi Pater, dare potuerit Ministris suis. Joann. XVII. 22. Certe quicquid & rerum religiosius scrutapimur, in eo quidem Gloriam Divinam admirantes, experiemur Dominum Glorie crucifixum. I. Corinth. II. 8. Nec erit facile vel in ipsa ultima passione punctulum quoddam, ubi non Gloriosum Redemptoris discriminem & magis Gloriosam Victoriam reverebimur, ultro consentientes, non potuisse aliter Ecclesiam redimi aut acquiri, nisi per Proprium Sanguinem DEI, Act: XX. 28.

Qui & penetraverit sollicita discussione porro ad statum Exaltationis & Vivificationem, descensum ad inferos, Resurrectionem, Ascensionem ad Cœlos, Sessionem ad Dextram DEI, & omne Officium Christi Regium exquisiverit, is admirabitur resuscitatum ex mortuis per GLORIAM Patris Rom. VI. 4., & in hoc deliciabitur, quod consummationem acceperint Prophetica Verba: De manu mortis seu inferni liberabo eos, ero peste tuæ ò mors, ero exitium tuum, ò inferne! Hosea XIII. & lætus exclamabit: DEO sit Gratia, Qui dedit nobis Victoriam per Dominum nostrum JESUM CHRISTUM! I. Cor. XV. 57. Nunc etenim ad Dextram DEI elevatus, secundum hanc Humanam Naturam potestatem accepit parandi nobis mansiones eternas. Joann. XIV. 2. Confer

